



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 34. Legatorum consilium non undequaque Pontifici probatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1547.

§. XXXIV.

*Legatorum consilium non undequaque  
Pontifici probatum.*

*Pallv. c. 17.* Verum summus Pontifex hæc publice  
*num. 5.* eo ex fine effatus est, ut Legato-  
rum auctoritatem contra hostium suo-  
rum calumnias tueretur, animo tamen  
suo non æque ea res illi probabatur,  
cum tumultus ex hac translatione emer-  
furos probe prospiceret: quoniam vero  
primævo naturæ genio potius, quam  
decrepitæ ætatis vitio quietis avidus e-  
rat, nec plenam ex eventu lætitiam  
concepit, nec etiam assensum antea Le-  
gatis datum ex integro comprobavit;  
quinimo per Maffeum eisdem significa-  
ri jussit, quod hæc translatio, si per  
bimestre fuisset dilata, longe acceptior  
accidisset, cum in duabus Sessionibus  
reliquæ Sanctiones circa fidei dogma-  
ta, morumque emendationem confici  
potuissent, ac demum Synodum non  
modo transferre, sed etiam absolvere,  
integrum fuisset, nunc vero haud con-  
sultum videretur, ut horum articulo-  
rum examen attento præsenti Synodi  
statu adeo festinanter perageretur, cum  
in duabus postremis Sessionibus omnia  
ex Apostolicæ Sedis reverentia, ac au-  
toritate digesta & stabilita cernerentur.

Præ-

Præterea ipsis Papa per easdem literas Sæcul. XVI.  
 significabat Pacceci Cardinalis querelas; A.C. 1547.  
 nam hic datis Romam literis exposue-  
 rat, quod nonnisi ex falso rumore luis  
 Tridenti grassantis timor fuerit exortus,  
 Synodus vero ibidem restaurari, Cæ-  
 sar ardenter postulasset. Data est hæc  
 Maffei Epistola die decima nona Martii,  
 ad quam Cervinus Legatus mox die vi-  
 gesima sexta ejusdem mensis respondens  
 objecta hæc probra diluere conatus est.

### §. XXXV.

#### *Cardinalis Cervini responsum ad Pa- pæ literas.*

Igitur Cervinus, cum jam superius di- *Pallav. c. 17.*  
*cta potissima ex parte repetiisset, hæc num. 7.*  
 subjunxit: *Cum Synodus ex Pontificis*  
*consensu Bononiæ fuerit locata, facile, si*  
*idem Papa voluerit, poterit morbo dilapso*  
*Tridentum reduci, adeoque Cæsar accepti a*  
*Paulo beneficii loco ducet id, quod, nisi hoc*  
*evenisset, in pretio non fuisset: quamquam*  
*de hujusmodi reditu, quantum arbitror,*  
*lente agendum esset, perinde atque in cete-*  
*ris magni momenti rebus, quas in nostra po-*  
*testate est agere, non item postea revocare:*  
*proinde ubi Pontifex eo propendebit, pro*  
*sua prudentia etiam Legatorum sententiam*  
*prius percipiet, a quibus edoceri poterit*  
*oretenuis, quæ paginis concredenda non sunt,*